



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Francisci Baconi Baronis de Verulamio, Vice-Comitis S.
Albani, Summi Angliæ Cancellarii, Opera omnia, Quæ
extant: Philosophica, Moralia, Politica, Historica ...**

Bacon, Francis

Francofvrti ad Moenvm, 1665

Præfatio.

urn:nbn:de:bvb:12-bsb10497643-5



INDEX FABULARUM

Priscæ Sophiæ, hoc Libro


contentarum.

I. Cassandra, sive Parrhesia.	pag. 1249.	XVII. Cupido, sive Atomus.	ibid.
II. Typhon, sive rebellis.	ibid.	XVIII. Diomedes, sive Zelus.	1270.
III. Cyclopes, sive ministri terroris.	1251.	XIX. Dædalus, sive Mechanicus.	1272.
IV. Narcissus, sive Philautia.	1252.	XX. Erichthonius, sive impostura.	1273.
V. Styx, sive Fœdera.	1253.	XXI. Deucalion, sive Restitutio.	ibid.
VI. Pan, sive Natura.	1254.	XXII. Nemesis, sive Vices Rerum.	1274.
VII. Perseus, sive Bellum.	1259.	XXIII. Achelous, sive Prælium.	1275.
VIII. Endymion, sive gratiosus.	1261.	XXIV. Dionysius, sive Cupiditas.	1276.
IX. Soror Gigantum, sive Fama.	ibid.	XXV. Atalanta, sive Lucrum.	1278.
X. Actæon & Pentheus, sive Curiosus.	1262.	XXVI. Prometheus, sive Status hominis.	1279.
XI. Orpheus, sive Philosophia.	1263.	XXVII. Icarus Volans, item Scylla & Charybdis,	
XII. Cælum, sive Origines.	1264.	sive via media.	1285.
XIII. Proteus, sive Matera.	1266.	XXVIII. Sphynx, sive Scientia.	1286.
XIV. Memnon, sive Præmaturus.	1267.	XXIX. Proserpina, sive Spiritus.	1288.
XV. Tythonus, sive Satietas.	ibid.	XXX. Metis, sive Consilium.	1290.
XVI. Procus Junonis, sive Deducus.	1268.	XXXI. Sirenes, sive Voluptas.	ibid.

Præfatio.

Antiquitatem primæviam (exceptis qua in Sacris literis habemus) obliuio & silentium involuit; Silentium antiquitatis Fabula poetarum exceperunt. Fabulis tandem successere scripta qua habemus, adeo ut Antiquitatis Penetrata, & recessus à sequentium Saculorum Memoria, & evidentia tanquam velo Fabularum discreti & separata sint quod se interposuit & obiecit medium, inter ea qua perierunt, & ea qua extant. Equidem existimo plerisque in ea opinione fore, me delicias ac ludos facere, atq; similem serè licentiam in transferendis fabulis usurpare, ac ipsi poeta sibi sumperint in fingendis; quod pro meo iure sanè facere possem, ut contemplationibus magis arduis; hæc ad voluptatem, sive meditationis propria, sive lectionis alienæ aspergerem. Neque me latet quàm versatile materia sit Fabula, ut huc illuc trahi, imò & duci possit; quantumque ingeni commoditas & discursus valeat, ut qua nunquam cogitata sint, belle tamen attribuatur. Etiam illa cogitatio animum subit, usum huiusmodi rei jam pridem contaminatum esse. Multi enim, ut inuentis & placitis suis antiquitatis venerationem acquirerent, poetarum Fabulas ad ea traducere conati sunt. Atque vetus illa vinitas & frequens, nec nuper nata, aut raro usurpata est. Nam & olim Chrylippus, Stoicorum opiniones vetustissimis poetis, veluti Somniorum aliquis interpres adscribere solebat; Et magis insulsi, Chymici, Ludos & delicias Poetarum in Corporum transformationibus, ad fornacis experimenta transtulerunt. Hæc (inquam) cuncta nobis satis & explorata, & expensa sunt, omnemque dimissis. Primò enim absit, ut paucorum inopia & licentia, Parabolarum honori in genere detrahant. Hoc enim prophæticum quiddam sonat, & audax, cum huiusmodi velis & umbris Religio gaudeat, ut qui eas tollat, Commercia arborum, & humanorum serè interdicit. Verùm de humana Sapientia videamus. Fateor cerè ingenue & libenter, me in hæc sententiam propendere, ut non paucis antiquorum Poetarum fabulis Mysteriorum, & Allegoriarum jam ab origine subesse putem; sive capitis veneratione prisce sæculi, sive quidam in nonnullis fabulis reperio tantam, & tam evidentem cum significatio similitudinem & conjunctionem, tum in textura ipsa fabula, tum in proprietate nominum, quibus persona, sive Actores fabula, insigniti & veluti inscripti prodeant, ut sensum illum ab initio præceptum & cogitatum fuisse, & de industria adumbratum, nemo constanter negaverit. Quis enim ita durus est, & ad aperta cæcitiens, ut eum audiat Famam, Giganti- bus extinctis; tanquam forem Posthumam progenitam esse, non illud ad Murmur a partium & famas sceleratissimas, qua sopitis Rebellionibus ad tempus vagari solent, referat? Aut cum audiat Typhonem Gygantum, nervos Jovis secuti- se, & abstulisse, ac Mercurium ejus suffuratum esse, & Jovi reddidisse; non statim advertat hoc ad rebelliones præ- validas pertinere, qua Regibus nervos & pecuniarum, & auctoritatis incidunt, ita tamen; ut per Sermonum Co- ratem, & prudentia Edicta, animi subditorum, non ita multò pòst quasi furim reconcilientur, & vires Regibus restituuntur? Aut cum audiat in illa memorabili Deorum contra Gygantes Expeditione, Asinum Silenti cum ruderet, maximi momenti ad prostigandos Gygantes fuisse; non liquidò cogitet hoc de vastis Rebellionum conatibus, qui plerumque

per inanes rumores & terrores v. nos dissipantur, confictum fuisse? Etiam Nominum *transformatio* & *inducium*, cuius-
 andem hominum obiectum esse potest? cum Metis uxor Jovis plane confictum sonet; Typhonumorem, Pan Virversum,
 Nemeſis, vindictam, & similia. Neque illud quinquam moveat, si aliquid interum historia subſit, aut ſi nonnul-
 la Ornamenti gratia addita ſint; aut ſi tempora confundantur, aut ſi ex una fabula quippiam transferatur in aliam,
 & nova Allegoria inducatur. Neceſſe enim fuit hac fieri, cum inventa Virorum fuerint, qui & atate diſjuncti, & in-
 ſtituto diverſi erant; cum ſi antiquiores, alii recentiores fuerint, alii rursus naturam rerum, alii res civiles ſibi pro-
 ponerent. Habemus etiam & aliud ſenſus occulti, & involuti ſignum non parvum, quod nonnulla ex fabulis tam ab-
 ſurda narratione ipſa, & inſuſa inveniantur, ut Parabolam etiam ex longinquo oſtendent, & veluti elament. Qua
 enim probabilis eſt fabula, etiam ad voluptatem, & historia ſimilitudinem conficta exiſtimari poteſt: Quod autem
 nulli in mentem veniſſet cogitare, aut narrare, id in alios uſus quaſitum videtur. Quale enim ſignum illud? Jo-
 vem, Metin in uxorem accepiſſe, eamque ſtatim ut gravidam ſenſiſſet comediſſe, unde ipſe gravidus fieri cepit, & Pal-
 ladem armatam ex capite peperit? Equidem exiſtimo nulli mortalium obvenire, vel ſomnium tam extra cogitationis vias
 fitum, & monſtroſum. Ante omnia illud apud nos maxime valuit, & plurimum ponderis habuit, quod ex fabulis
 complures nullo modo nobis videntur ab eis inventa, à quibus recitantur & celebrantur, Homero, Heliodo, reli-
 quis; Si enim liquidò nobis conſtituiſſet eas ab illa atate, atque illis authoribus manſiſſe, à quibus commemorantur,
 & ad nos devenerunt; nil magis certè, aut exceſſi ab huiusmodi origine nobis (ut noſtra ſeri conſuetudo) expectare, aut
 ſuſpicari in mentem veniſſet. Verum ſi quis attentius rem conſideret, appareret, illas tradi, & reſcribi tanquam prius
 creditas, & receptas, non tanquam tum p. imò excogitatas, & oblatus. Quis etiam cum diverſis modis à Scriptori-
 bus ſerè Coavis referantur, facile cernas quod commune habent ex veteri memoria deſumptum, in quo variant, ex
 ſingulorum ornatu additum. Atque hac res exiſtimationem earum apud nos auxit, ac ſi nec Actus, nec Inventionis
 Nationum magis Antiquarum in Græcorum Tubas, & Fiſtulas incliſſent. Quod ſi quis obſtinato animo contendat,
 Allegoriam in fabula ſemper ſubditam, & impoſitam, nec omnino naturam, & genuinam fuiſſe; ei moleſti non eri-
 mus, ſed gravitatem illam iudicii, quam affectat, licet hebetiorem & ſerè plumbeam, remittimus; atque illum (ſi modo
 dignus ſit) alio modo, tanquam de integro adortemur. Duplex apud homines repertus eſt, atque increbuit Parabolarum
 uſus, atque quod magis mirum ſit, ad contraria valet. Faciunt enim Parabola ad Involutum & Velum; faciunt
 etiam ad lumen; & illustrationem. Atque miſſa illo uſu priore (potius quam lites ſuſcipiamus) & receptis fabulis an-
 tiquis, tanquam rebus vagis, & ad delectationem compoſitis; Manet tamen proculdubio poſterior iſte uſus, neque ulla
 ingeni violentia nobis extorqueri poſſit, neque impediatur quiſquam (qui ſit mediocriter doctus) quin protinus recipiat Mo-
 dus iſte docendi, tanquam res gravis & ſobria, atque omnis vanitatis expers, & Scientiis apprime utilis, imò &
 quandoque neceſſaria, nimirum, ut in inventis novis, & ab opinionibus vulgariſimis remotis & penitus abſtruſis; aſ-
 tus ad intellectum humanum magis facilis & benignus per parabolas quaratur. Itaque antiquis Saculis, cum rationis
 humana inventa, & conclusiones etiam ea, qua nunc trita & vulgata ſunt, tunc temporis nova & conſueta eſſent, omnia
 Fabularum omnigenum, & Enigmatum & Parabolarum, & Similitudinum plena erant; atque per hac docendi ratio,
 non occultandi artiſtium quaſitum eſt; ruidibus ſcilicet tunc temporis hominum ingeniis, & ſubilitatis, niſi qua ſub
 ſenſum cadebat, impatiens, & ſerè incapacibus. Nam ut Hieroglyphica literis, ita Parabola Argumentis anti-
 quiores erant. Atque etiam nunc, ſi quis novam in aliquibus lucem humanis mentibus aſſundere velit, idque non incom-
 mode & aſperè, proſus eadem via inſiſtendum eſt, & ad ſimilitudinum auxilia conſugiendum. Quare qua dicta ſunt, ita
 claudemus. Sapientia priſci Saculi, aut magna, aut ſælix fuit: Magna, ſi de industria excogitata eſt Figura ſive Tropus.
 Fælix: ſi homines aliud agentes, materiam & occasionem tanta contemplationum dignitati p. abuere. Operam autem noſtram
 (ſi quid in ea ſit, quod juvet) in neutra ve male collocatam cenſebimus. Aut enim antiquitatem illuſtrabimus, aut res ipſas.
 Neque neſcius eſſe poſſum, hanc rem ab aliis tentatam eſſe: ſed tamen ut quod ſentiam, eloquar, idè, non ſaſtidiòs, ſed liberè,
 ejus decus & virtus ex huiusmodi laboribus, licet magnis & operoſis, ſere perit: dum homines rerum imperiti & non ultra
 locos certos Communes docti, parabolarum ſenſus Vulgaria quadam, & generalia applicaverunt, atq. eandem vim veram
 & proprietatem genuinam, ac indagacionem altiore non attigerunt. Nos autem erimus (ni fallimur) in rebus vulgatis no-
 vi, & aperta & plana à tergo relinquentes, ad ulteriora, & nobiliora tendemus.



DE SAPIENTIA VETERUM.

I.

CASSANDRA, SIVE PARRESIA.

Narrant *Cassandram* ab *Apolline* adama-
 tam fuiſſe, atque variis artiſtium ejus
 deſideria eluſiſſe, ſpes nihilominus fo-
 viſſe, quousque donum Divinationis ab eo ex-
 tortiſſet; tum verò naſtam quod ab initio diſſi-
 mulacione ſua quaſivifſet, preces ejus aperte reje-
 ciſſe: Illum, cum quod temere largitus erat, nullo
 modo revocare poſſet, & tamen vindicta arde-
 ret, nec fœminæ callidæ ludibrio eſſe vellet, mu-
 neri ſuo pœnam addidiſſe; ut illa quidem vera
 ſemper prædiceret, ſed nemo ei crederet; itaque
 vaticiniis ejus veritas affuit, fides defuit: quod
 illa perpetuò experta eſt, etiam in excidio Patriæ
 ſuz, de qua ſæpius monuerat, & nemo auſcul-
 tante, aut credente. Fabula de intempſtiva, &
 inutili libertate conſiliorum, & monitorum con-
 ficta videtur: Qui enim ingenio ſunt pervicaci
 & aſpero, nec ſe *Apollini*, id eſt, Deo Harmoniæ
 ſubmittere volunt, ut rerum modos, & men-
 ſuras, ſermonumque veluti tonos, acutos & gra-

ves, aurium etiam magis peritarum & magis vul-
 garium differentias, tempora denique tum lo-
 quendi tum ſilendi edifcant & obſervent: licet
 ſint prudentes & liberi, & conſilia ſana afferant
 & bonà; nunquam tamen ferè ſuaſu & impetu
 ſuo proficiunt, neque ad res tractandas effica-
 ces ſunt; ſed potius exitium eis, apud quos ſe
 ingerunt, maturant, & tum demum poſt calami-
 tatem & eventum, ut vates & in longum proſpi-
 cientes celebrantur. Atque huius rei exemplum
 eminet in *M. Catone Uicentiſi*. Ille enim inter-
 ritum Patriæ, & Tyrannidem primo & conſpira-
 tione, deinde ex contentione *Cæſaris* cum *Pom-
 pejo* ſecutam, diu ante, tanquam eſt ſpecula præ-
 vidit, & tanquam ex oraculo prædixit, ſed nil pro-
 fecit interim, verum obſuit potius, & mala pa-
 triæ acceleravit. Id quod prudenter advertit, &
 eleganter deſcribit *M. Cicero*, cum ad ami-
 cum ita ſcribat: *Cato optime ſentis, ſed nocet in-
 terdum Republica: loquitur enim tanquam in
 Republica Platonis, non tanquam in fece Ro-
 muli.*

II. TY-